



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtii Cæsarei Consiliarij et Historiographi  
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs  
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

**Curtius, Cornelius**

**Antuerpiæ**

B. Theobaldvs, Veronensis, Episcopvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37243**

# B. THEOBALDV<sup>S</sup>,

VERONENSIS,

EPISCOPVS.

**S**VB annum libertatis Christia-  
næ M. C. C. XLII. THEOBALDV<sup>S</sup>  
Veronæ nobilissimis parentibus or-  
tus, virtutem cum lacte imbibit:  
hausit deinde à magistris optimis  
eam sapientiam, ut dubitari posset,  
doctrinæ in eo, an pietas excelle-  
ret. Certè utramque ita egregiè  
conjunxit, ut cælo dignus videre-  
tur, quem Deo militaturum ad Re-  
ligiosa castra pertraheret. Et verò  
vocantis nutum non illibenter se-  
cutus est, nomenque Duci Magno  
AVGVSTINO dedit inter Eremitas,  
quos sub tutelâ suâ Veronæ S. Eu-  
phemia habet. Illic angustis cellæ  
parietibus inclusus, generosum for-  
temque animum contra humani  
generis juratum hostem egregiè  
probavit; sed magis publico in pul-  
pito eloquentiam suam; quæ tanta  
fuit, ut sanctiorem Amphionem

L eum

eum dices , qui non tantum tra-  
heret, sed molliret etiam saxa. Ful-  
men erat ejus oratio, cuius igniter-  
ebat & quasi torrebat corda ho-  
minum : flumen erat , quo piorum  
pectora tam largiter rigabat , ut la-  
crimis per ora ubertim fluentibus  
tota concio maderet. Subinde ad  
insulam Veronensem omnium su-  
fragiis vocatus , eam distinxit vir-  
tutum præclaris multisque gem-  
mis ; prudentiæ maximè : quæmi-  
rum quantum in difficultibus rerum  
negotiis ubique eniuit.

Ad conventum, Romani Ponti-  
ficiis auctoritate Bononiae indi-  
anno nati Servatoris M. CCCIX  
cum aliis Principibus abiit : ubi  
rem Ecclesiæ publicam egredi ex-  
vit , & ad pacem , quæ inter Chri-  
stianos id temporis miserandum in-  
modum lacerata erat, resarcendam  
magnum operæ pretium attulit. In-  
de ad suos reversus , sacrum Virgi-  
num asceterium sub Divæ Lucie  
patrocinio fundavit : sanctorum  
Benigni & Cari facellum Malaf-  
nium absolvit : ad Euphemianum

ten-

templum animum tantum adjecit;  
manum quoque voluit, cæmento,  
calce, aliisque ad structuram ne-  
cessariis jam convectis; sed prohi-  
buit febris imperiosa, quæ eum ad  
cælestia Divorum templa transire  
jussit. Vit autem nonagenario pro-  
ximus, die xix. aut xxvii. (historiæ  
variant) mensis Septembris, post  
Virgineum partū ann. 100 ccc. xxxi.  
Non potest dici, quantum sui des-  
iderium reliquerit apud gregem,  
quem verbo & exemplo Pastor  
optimus optimè paverat.

**B.AL.**